

Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

Caesar, Gaius Iulius

Lvgdvni, 1534

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIB. SECVNDVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541

C. IVLII CAESA

RIS COMMENTARIO

RVM DE BELLO

GALLICO LIB.

SECUNDVS.



Belgarū in Ro.
coniuratio.

V M E S S E T Caesar in citeriore Gallia in hybernis (ita uti supra demon-
strauimus) crebri ad eum rumores asse-
rebantur, literisq; item Labieni certior-
ficbat, omneis Belgas, quam tertiam esse
Galliae partem dixeramus, contra populum Ro. coniura-
re, obsidesq; inter se dare. Coniurandi has esse causas: Pri-
mum quod uererentur ne omni pacata Gallia, ad eos ex-
ercitus noster adduceretur. Deinde quod ab nonnullis
Gallis sollicitarentur. Partim, qui ut Germanos diutius
in Gallia uersari noluerant, ita populi Rom. exercitum
hyemare, atque inueterascere in Gallia moleste ferebant.
Partim, qui mobilitate, & leuitate animi nouis imperijs
studebant. Ab nonnullis etiam quod in Gallia a potentio-
ribus, atque ijs, qui ad conducendos homines facultates
habebant, uulgo regna occupabantur, qui minus faci-
le eam rem in Imperio nostro consequi poterant. Is nun-
tius literisq; commotus Caesar, duas legiones in citeriore
Gallia nouas conscripsit, & ineunte aestate in ulteriorem
Galliam qui deduceret Q. Pedium legatum misit. Ipse
cum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum
uenit. Dat negotium Senonibus, reliquisq; Gallis, qui fi-
nitimi Belgis erant, ut ea, quae apud eos gerantur, co-
gnoscat,

Q. Pedius lega-
tus,

gnoscant, seq; de his rebus certiore faciat. Hi constanter omnes nuntiauerunt manus cogi, exercitus in unum locum conduci. Tum uero dubitandum non existauit, quin ad eos proficisceretur. Re frumentaria comparata, castra mouet, diebusq; circiter xv. ad fines Belgarum peruenit. Eo cum de improviso, celeriusq; omnium opinione uenisset, Rhemi, qui proximi Galliae ex Belgis sunt, ad eum legatos Iccium & Antebrogium primos ciuitatis suae miserunt, qui dicerent se, suaq; omnia in fidem, atque potestatem populi Ro. permittere, neque se cum reliquis Belgis consensisse, neque contra populum Ro. omnino conuulasse, paratosq; esse & obsides dare, & imperata facere, & oppidis recipere, & frumento, ceterisq; rebus iuuare. Reliquos omnes Belgas in armis esse, Germanosq; qui ripas Rheni incolunt, sese cum his coniunxisse, tantumq; esse eorum omnium furorem, ut ne Sueſſones quidem fratres, consanguineosq; suos, qui eodem iure, iisdem legibus utantur, unum Imperium, unumq; magistratum cum illis habeant, deterrere potuerint, quin cum his consentirent. Cum ab his quaereret, quae ciuitates, quantaeq; in armis essent, & quid in bello possent, sic reperiebat: Pleurosque Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumq; antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi concedisse, Gallosq; qui ea loca incolerent, expulisse, solosq; esse, qui patrum nostrorum memoria omni Gallia uexata, Teutones, Cimbrosq; intra fines suos ingredi prohibuissent. Quae ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem, magnosq; spiritus in re militari sumerent. De numero eorum omnia se habere explorata,

Rhemi.
Iccius.
Antebrogium

Sueſſones.

Belgae plerique
à Germ. orti.

Belgorū copię.
Bellouaci.

Suessones.

Diuitiacus
Suessorum
rex.
Galba rex.

Diuitiacus He-
duus.

plorata Rhemi dicebant, propterea quod propinquitati-
bus, affinitatibusq; coniuncti, quantum quisque multitu-
dinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pol-
licitus esset, cognouerant. Plurimum inter eos Belloua-
cos, & uirtute, & autoritate, & hominum numero ua-
lere. Hos posse conficere armata millia cētum, pollicitos,
ex eo numero lecta millia LX. totiusq; belli Imperium si-
bi postulare. Suessones suos esse finitimos, latissimos, se-
racissimosq; agros possidere. Apud eos fuisse regem no-
stra etiam memoria Diuitiacum totius Gallie potentissi-
mum, qui cum magnæ partis harum regionum, tum etiā
Britanniæ Imperium obtinuerit, nunc esse Regem Gal-
bam. Ad hunc propter iustitiam, prudentiamq; summam
totius belli omnium uoluntate deferri, oppida habere nu-
mero XII. Polliceri millia armata quinquaginta. Totidē
Neruios, qui maxime feri inter ipsos habeantur, longis-
simeq; absint. XV. millia Atrebates. Ambianos X. millia.
Morinos XV. millia. Menapios VII. millia. Caletos X.
millia. Verocasses, & Veromandos totidem. Catuacos
XXIX. millia. Condrusos. Eburones, Caresos, Pamanos,
qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad qua-
draginta millia. Cæsar Rhēmos cohortatus, liberaliterq;
oratione persecutus, omnem Senatum ad se conuenire,
principumq; liberos obsides ad se adduci iussit, quæ
omnia ab his diligenter ad diem facta sunt. Ipse Diuitia-
cum Heduum magnopere cohortatus, docet quantope-
re Reipub. communisq; salutis intersit, manus hostium
distineri, ne cum tanta multitudine uno tempore consli-
gendum sit. Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines
Belloua

Bellouacorum introduxerint, & eorum agros populari
 coeperint. His mandatis cum ab se dimittit. Postquam
 omnis Belgarum copias in unum locum coactas ad se ue
 nire uidit, neq; iam longe abesse ab his, quos miserat, ex
 ploratoribus, & ab Rhemis cognouit, flumen Axonam, Axona fl.
 quod est in extremis Rhemorum finibus, exercitum tra
 ducere maturauit, atq; ibi castra posuit. Quae res, & la
 tus unum castrorum ripis fluminis munebat, & post
 eum quae essent, tutae ab hostibus reddebat, & comitatus
 ab Rhemis, reliquisq; ciuitatibus, ut sine periculo ad eum
 portari posset, efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi
 praesidium ponit, & in altera parte fluminis Q. Titu- Q. Titurius,
 rium Sabinum legatum cum sex cohortibus reliquit: ca
 stra in altitudinem pedum duodecim uallo, fossaq; duo de
 uiginti pedum munire iubet. Ab ipsis castris oppidum
 Rhemorum nomine Bibrax aberat millia passuum octo. Bibrax opp.
 Id ex itinere magno impetu Belgae oppugnare coepe
 runt. Aegre eo die sustentatum est. Gallorum eadem, atq;
 Belgarum oppugnatio est. Hi ubi circumiecta multitudi
 ne hominum totis mœnibus, undiq; in murum lapides iaci
 coepti sunt, murusq; defensoribus nudatus est, testudine
 facta portis succedunt, murumq; subruunt. Quod tum
 facile fiebat. Nam tanta multitudo lapides, ac tela conicie
 bant, ut in muro consistendi potestas esset nulli. Cum fi
 nem oppugnandi nox fecisset, Iccius Rhemus summa no
 bilitate & gratia inter suos, qui tum oppido praesuerat,
 unus ex ijs, qui legati de pace ad Caesarem uenerant, nun
 tios ad eum mittit, nisi subsidium sibi mittatur, sese diu
 tius sustinere non posse. Eo de media nocte Caesar iisdem
c 5 ducibus

ducibus usus, qui nuntij ab Iccio uenerant, Numidas & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Quorum aduentu, & Rhemus cum spe defensionis studium propugnandi accessit, & hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. Itaque paulisper apud oppidum morati, agrosque Rhemorum depulati, omnibus uicis, edificiisque, quo adire poterant, incensis, ad castra Caesaris cum omnibus copiis conderunt, & a millibus passuum minus duobus castra posuerunt. Quae castra, ut fumo, atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant. Caesar primo & propter multitudinem hostium, & propter eximiam opinionem uirtutis praelio superfedere statuit. Quotidie tamen equestribus praелиis, quid hostis uirtute posset, & quid nostri auderent, periclitabatur. Vbi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno, atque idoneo, quod is collis, ubi castra posita erant, paululum ex planicie editus, tantum aduersus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat, atque ex utraque parte lateris deiectus habebat, & in fronte leuiter fastigatus, paulatim ad planiciem redibat: ab utroque latere eius collis transversam fossam obduxit: circum castrorum quadringentorum, & ad extremas fossas castella constituit, ibique tormenta collocauit, ne cum aciem instruxisset, hostes (quod tantum multitudine poterant) à lateribus suos pugnantes circumuenire possent. Hoc facto duabus legionibus, quas proxime conscripserat, in castris relictis, ut si quo opus esset subsidio, duci possent, reliquas

reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerunt. Palus erat non magna inter nostrum, atq; hostium exercitum. Hanc si nostri transirent, hostes expectabant. Nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggredierentur parati in armis erāt. Interim praelio eque siri inter duas acies contendebatur. Vbi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum nostrorum praelio Cæsar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra demonstratum est. Ibi uadis repertis, partem suarum copiarum traducere conati sunt, eo consilio, ut si possent, castellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemq; interscinderent, sin minus possent, agros Rhemorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatusq; nostros sublinebāt. Cæsar certior factus à Titurio, omnem equitatum & leuis armaturæ numidas, funditores sagittariosq; pontē traducit, atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostros in flumine aggressi, magnum eorum numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes, multitudine telorum repulerunt. Primos, qui transierant equitatu circumuentos, interfecerunt. Hostes, ubi & de expugnando oppido, & de flumine transeundo spes se fefellisse intellexerunt, neque nostros in locum inuiquorem progredi pugnandi causa uiderunt, atque ipsis res frumentaria deficere coepit, concilio conuocato, constituerunt optimum esse, domum suam quenq; reuerti, & quorū

& quorum in fines primum Romani exercitum introdu-
 xissent, ad eos defendendos undiq; conuenirent, ut po-
 tius in suis, quàm in alienis finibus decertarent, & dome-
 sticis copijs rei frumentaria uterentur. Ad eam senten-
 tiam cum reliquis causis, hæc quoq; ratio eos deduxit,
 quod Diuitiacum quoque, atque Heduos finibus Bello-
 uacorum appropinquare cognouerant his persuaderi,
 ut diutius morarentur, neq; suis auxilium ferrent, non
 poterat. Ea re constituta secunda uigilia magno cum stre-
 pitu, ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine, neq;
 Imperio, cum sibi quisque primum itineris locum pete-
 ret, & domum peruenire properaret, fecerunt, ut consi-
 milis fugæ profectio uideretur. Hac re statim Cæsar per
 speculatores cognita, insidias ueritus, quòd qua de causa
 discederèt nondum perspexerat, exercitum, equitatumq;
 castris continuit. Prima luce, confirmata re ab explora-
 toribus, omnem equitatum, qui nouissimum agmen mo-
 raretur, præmisit, ei'que Q. Pedium. & L. Aurunculeiū
 Cottam legatos præfecit. T. Labienum legatum cum le-
 gionibus tribus subsequi iussit. Hi nouissimos adorti, &
 multa millia passuum profecuti, magnam multitudinem
 eorum fugientium conciderunt. Cum ab extremo agni-
 ne hi, ad quos uentum erat, consisterent, fortiterq; impe-
 tum nostrorum militum sustinerèt, priores, quod abesse à
 periculo uiderentur, neq; ulla necessitate, neque Imperio
 continerentur, exaudito clamore, perturbatis ordinibus
 omnes in fuga sibi subsidium posuerunt. Ita sine ullo pe-
 riculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt,
 quantum fuit diei spatium: sub occasumq; solis sequi de-
 stiterunt,

stiterunt, seq; in castra, uti erat imperatum, receperunt. Postridie eius Diei Cæsar priusquam se hostes ex pau-
re, ac fuga reciperent in fines Sueſſonum, qui proximi
Rhemis erant, exercitum duxit, & magno itinere con-
fecto, ad oppidum Nouiodunum contendit. Id ex itinere
oppugnare conatus, quod uacuum ab defensoribus esse
audiebat, propter latitudinem fossæ, muriq; altitudinem
paucis defendentibus expugnare non potuit. Castris mu-
nitis uineas agere, quæque ad oppugnandum usui erant,
comparare cœpit. Interim omnis ex fuga Sueſſonum mul-
titude, in oppidum proxima nocte conuenit. Celeriter ui-
neis ad oppidum actis, agere iacto, turribusq; constitutis
magnitudine operum, quæ neq; uiderant ante Galli, neq;
audierant, & celeritate Romanorum permoti, legatos
ad Cæsarem de deditione mittunt, & petentibus Rhe-
mis, ut conseruarentur, impetrant. Cæsar obsidibus acce-
ptis, primis ciuitatis, atque ipsius Galbæ regis duobus fi-
lijs, armisq; omnibus ex oppido traditis, in deditionem
Sueſſones accepit, exercitumq; in Bellouacos ducit: qui
cum se, suaq; omnia in oppidum Bratuspantium contu-
lissent, atq; ab eo oppido Cæsar cum exercitu circiter mil-
lia passuum quinque abesset, omnes maiores natu ex oppi-
do egressi, manus ad Cæsarem tendere, & uoce signifi-
care cœperunt, sese in eius fidem, ac potestatem uenire,
neq; contra populum Ro. armis contendere. Item cum ad
oppidū accessisset, castraq; ibi poneret, pueri, mulieresq;
ex muro passis manibus suo more pacem à Romanis pe-
tierunt. Pro his Diuitiacus (nam post discessum Belgarū,
dimissis Heduarum copijs ad eū rcuerterat) facit uerba.

Bellouacos

Nouiodunum
oppugnat Cæ-
sar.

Bratuspantium
opp.

**Bellouacorum
deditio.**

Bellouacos omni tempore in fide, atq; amicitia ciuitatis Hedue fuisse. Impulsos à suis principibus, qui dicerent Heduos à Cæsare in seruitutem redactos, omnes indignitates contumeliasq; perferre, & ab Heduis descisse, & populo Ro. bellum intulisse. Qui huius consilij principes fuissent, quod intelligerent quantam calamitatem ciuitati intulissent, in Britanniam profugisse. Petere non solum Bellouacos, sed etiam pro his Heduos, ut sua clementia ac mansuetudine in eos utatur. Quod si fecerit, Heduarum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum, quorum auxilij, atq; opibus, si qua bella inciderint, sustinere consueuerint. Cæsar honoris Diuitiaci, atq; Heduarum causa sese eos in fidem recepturum, & conseruaturum dixit. Sed quod erat ciuitas magna, & inter Belgas auctoritate, ac hominum multitudine præstabat, sexcentos obsides poposcit. His traditis, omnibusq; armis ex oppi-

**Ambianorum
deditio.**

**Neruiorū mo-
res.**

Sabis fl.

do collatis, ab eo loco in fines Ambianorum peruenit. Qui se, suaq; omnia sine mora dederunt. Eorum fines Neruij attingebant, quorum de natura moribusq; Cæsar cum quæreret, sic reperiēbat. Nullum aditum esse ad eos mercatoribus, nihil pati uini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relanguescere animos, eorumq; remitti uirtutem existimarent. Esse homines feros, magnæq; uirtutis. Increpitare, atq; incusare reliquos Belgas, qui se populo Ro. dedidissent, & patriam uirtutem protecissent: confirmare sese, neq; legatos missuros, neq; ullam conditionem pacis accepturos. Cum per eorum fines triduo iter fecisset, inueniebat ex captiuis, Sabin flumē ab castris suis, non amplius nullia passum decem

decem abesse, Trans id flumen omnes Neruios cōsedisse,
 aduentumq; ibi Romanorum expectare unā cum Atre=^{Atrebatibus.}
 batibus, & Veromanduis finitimis suis. Nam his utrisq; ^{Veromādui.}
 persuaserant, ut eandem belli fortunā experirentur. Ex=
 pectari etiam ab his Aduaticorū copias, atq; esse in itinere. ^{Aduatici.}
 Mulieres, quiq; per etatem ad pugnam inutiles uide=
 rentur, in eum locum coniecisse, quo propter paludes
 exercitui aditus non esset. Caesar his rebus cognitis ex=
 ploratores, centurionesq; prænuntiat, qui locum castris
 idoneum deligant. Cum ex dedititijs Belgis, reliquisq;
 Gallis complures Cæsarem secuti unā iter facerent, qui=
 dam ex his, ut postea ex captiuis cognitum est, eorum
 dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta,
 nocte ad Neruios peruenerunt, atq; his demonstrarunt
 inter singulas legiones, impedimentorum magnum nu=
 merum intercedere, neq; esse quicquam negocij, cum pri=
 ma legio in castra uenisset, reliquæq; legiones magnum
 spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri. Qua pulsa,
 impedimentisq; direptis, futurum, ut reliquæ contra con=
 sistere non auderent. Adiuuabat etiam eorum consilium,
 qui rem deferebant, quod Neruij antiquitus cum equi=
 tatu nihil possent, neq; enim ad hoc tempus ei rei studēt,
 sed quicquid possunt pedestribus ualent copijs, quod fa=
 cilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos
 uenisset impedirent, teneris arboribus incisis, atq; infle=
 xis, crebrisq; in latitudinem ramis enatis, & rubis, sen=
 tibusq; interiectis effecerant, ut instar muri hæ sēpes
 munimenta præberent, quo non modo non intrari, sed
 ne perspicere quidem posset. His rebus cum iter agminis
 nostri

Cæsaris copiz
cōtra Neruios.

Prælium cum
Neruijs eque-
stre,

nostri impediretur, non omittendum sibi consilium Neruij existimauerūt. Loci natura erat hæc, quem locum nostri castris delegerant. Collis ab summo aqualiter decliuis, ad flumen Sabin, quod supra nominauimus, uergebat. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur, aduersus huic, & contrarius, passus circiter ducentos, infimus apertus, ab superiore parte syluestris, ut non facile introrsus perspici posset. Intra eas syluas hostes in occulto sese continebant. In aperto loco secundum flumen paucæ stationes equitum uidebantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum trium. Cæsar equitatu præmisso subsequēbatur omnibus copijs. Sed ratio, ordoq; agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Neruios detulerant. Nam quod hostis appropinquabat, consuetudine sua Cæsar v. i. legiones expeditas ducebat. Post eas, totius exercitus impedimenta collocabat. Inde duæ legiones, quæ proximæ conscriptæ erant, totum agmen claudebant, præsidioq; impedimentis erant. Equites nostri cum funditoribus, sagittarijsq; flumen transgressi, cum hostium equitatu prælium commiserunt. Cum se illi identidem in syluas ad suos reciperent, ac rursus e sylua in nostros impetum facerent, neq; nostri longius quàm quem ad finem porrecta, ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent, interrim legiones sex, quæ primæ uenerant, opere dimenso castra munire coeperunt. Vbi prima impedimēta nostri exercitus ab his in syluis abditi latebant, uisa sunt, quod tempus inter eos committendi prælij conuenerat, ita ut intra syluam aciem, ordinesq; constituerant, atq; ipsi sese confirmauerant, subito omnibus copijs prouolarunt, impetumq;

petumq; in nostros equites fecerunt. His facile pulsus, ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt, ut pene uno tempore & ad sylvas, & in flumine etiam in manibus nostris hostes uiderentur. Eadem autem celeritate aduerso colle ad nostra castra, atq; eos, qui in opere occupati erant, contenderunt. Caesari omnia uno tempore erant agenda: Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret: Signum tuba dandum: Ab opere reuocandi milites, qui paulo longius aggeris petendi causa processerant, accersendi: Acies instruenda: Milites cohortandi: Signum dandum. Quarum rerum magnam partem, temporis breuitas, & incursus hostium impediēbat. His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia, atq; usus militum, quod superioribus praelijs exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi praescribere, quam ab alijs doceri poterant: & quod ab opere singulisq; legionibus singulos legatos Caesar discedere, nisi munitis castris ueruerat. Hi propter celeritatem, & propinquitatem hostium, nihil iam Caesaris imperium expectabant, sed per se quae uidebantur, administrabant. Caesar necessarijs rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem fors obtulit, decucurrit, & ad legionem decimam deuenit, Milites non longiore oratione est cohortatus, quam uti suae pristinae uirtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hostiumq; impetum fortiter sustinerent. Et quia non longius hostes aberant, quam quotelum adijci posset, praelij committendi signum dedit. Atq; item in alteram partem cohortandi causa profectus,

Cæsarís cum
Neruijs præliū.

ctus, pugnantibus occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hostiumq; tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisq; tegmenta detrahenda, tempus defuerit. Quam quisq; in partem ab opere casu deuenit, quæq; prima signa conspexit, ad hæc cōstitit, ne in quarendis suis pugnandi tempus dimitteret. Instructo exercitu magis ut loci natura, deiectusq; collis, & necessitas temporis, quam ut rei militaris ratio, atq; ordo postulabat, cum diuersis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterent, sepibusq; densissimis, ut ante demonstrauimus, interiectis, prospectus impediretur, neq; certa subsidia collocari, neq; quid in quaq; parte opus esset prouideri, neq; ab uno omnia imperia administrari poterant. Itaq; in tanta rerū iniquitate, fortunæ quoq; cuentus uarij sequebantur. Legionis nonæ, & decimæ milites, ut in sinistra parte aciei constituerant, pilis emissis, cursu, ac lassitudine exanimatos, uulneribusq; cōfectos Atrebatēs, nam his ea pars obuenerat, celeriter eo loco superiore in flumen compulerunt. Et transire conantes, insecti gladijs magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipsi transire flumen non dubitauerunt, & in locum iniquum progressi rursus regressos, ac resistentes hostes, redintegrato prælio in fugam coniecerunt. Item alia in parte diuersæ duæ legiones undecima, & octaua, profugatis Veromanduis, quibus cum erant congressi, ex loco superiore in ipsi fluminis ripis præliabantur. Ac totis frere castris à fronte, & à sinistra parte nudatis, quod in dextro cornu legio duodecima, & non magno ab ea interuallo

teruallo septima constitisset, omnes Neruij confertissimo agmine, duce Boduognato, qui summam imperij tenebat, ad eum locum contenderunt. Quorum pars aperto latere legiones circumuenire, pars summum locum castrorum petere coepit, Eodem tempore equites nostri, leuisq; armaturæ pedites, qui cum his unà fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram, cum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant, ac rursus aliam in partem fugam petebant. Et calones, qui ab decumana porta, ac summo iugo collis nostros uictores flumen transire conspexerant, prædandi causa egressi, cum respexissent, & hostes in nostris castris uersari uidissent, præcipientes sese fugæ mandabant. Simul eorum, qui cum impedimentis ueniebant, clamor, fremitusq; exaudiebatur. Alij; aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treuiri, quorum inter Gallos uirtutis opinio est singularis, qui auxilij causa à ciuitate missi ad Cæsarem uenerant, cum multitudine hostium castra nostra compleri, legiones premere, & penè circumuentas teneri, calones, equites, funditores Numidas, diuersos, dissipatosq; in omnis partes fugere uidissent, desperatis nostris rebus, domum contenderunt. Romanos pulsos, superatosq; castris impedimentisq; eorum hostes potitos, ciuitati renuntiauerunt. Cæsar ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri, signisq; in unum locum collatis duodecimæ legionis milites cōfertos, sibiipsum ad pugnam esse impedimento, quartæ cohortis omnibus centurionibus occisis, signiferoq; interfecto, signo

d 2 amisso

Boduognatus
dux Neriuiorū.

Treuiri equi-
tes.

P. Sextius Ba-
culus.

Cæsar in primā
aciē progressus
pugnat.

amisso, reliquarum cohortium omnibus ferè Centurioni-
bus, aut uulneratis, aut occisis, in his primipilo P. Sextio
Baculo, fortissimo uiro multis grauibsq; uulneribus con-
fecto, ut iam se sustinere non posset, reliquos esse tardio-
res, & nonnullos à nouissimis desertos, prælio excede-
re, ac tela uitare, hosteis neq; à fronte ex inferiore loco
subeuntes intermittere, & ab utroq; latere instare, &
rem esse in angusto uidit, neq; ullum esse subsidium, quod
summitti posset, scuto ab nouissimis uni militi detracto,
quod ipse eò sine scuto uenerat, in primam aciem pro-
cessit, centurionibusq; nominatim appellatis, reliquos co-
hortatus milites, signa inferre, & manipulos laxare ius-
sit, quo facilius gladijs uti possent. Huius aduentu spe-
illata militibus, ac redintegrato animo, cum pro se quisq;
in conspectu imperatoris etiam in extremis suis rebus
operam nauare cuperet, paulum hostium impetus tarda-
tus est. Cæsar cum septimam legionem, quæ iuxta consti-
terat item urgeri ab hoste uidisset, tribunos militum mo-
nuit, ut paulatim sese legiones conuinceret, & conuersa
signa in hostes inferrent, Quo factò, cum alijs alij subsi-
dium ferrent, neq; timerent, ne auersi ab hoste circumue-
nirentur, audacius resistere, ac fortius pugnare coeperunt.
Interim milites legionū duarum, quæ in nouissimo agmi-
ne praesidio impedimentis fuerant, prælio nuntiato, cursu
incitato, in summo colle ab hostibus conspiciebantur. Et
Titus Labienus castris hostiū potitus, & ex loco superio-
re, quæ res in nostris castris gererentur, conspiciatus, de-
cimam legionem subsidio nostris misit. Qui cū ex equitū,
& calonū fuga, quo in loco res esset, quātoq; in pericu-
lo, &

lo, & castra, & legiones, & imperator uersaretur, cō-
gnouissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt. Ho-
rum aduentu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri
etiam, qui uulneribus confecti procubuiſſent, scūtis innixi
prælium redintegrarent. Tum calones perterritos ho-
stes conspicati, etiam inermes armatis occurrerunt. Equi-
tes uero, ut turpitudinem fugæ uirtute delerent, omnibus
in locis pugnabant, quò se legionarijs militibus præfer-
rent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam uirtu-
tem præstiterunt, ut cum primi eorum cecidissent, proxi-
mi iacentibus insisterent, atq; ex eorum corporibus pu-
gnarent. His deiectis, & coaceruatis cadaueribus, qui su-
peressent, ut ex tumultu tela in nostros conijceret, pilaq;
intercepta remitterent, ut non nequicquam tantæ uirtu-
tis homines iudicari deberet, ausos esse transire latissimū
flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum lo-
cum, quæ facilia ex difficillimis, animi magnitudo redege-
rat. Hoc prælio facto, & propè ad internitionem gente,
ac nomine Neruiorum redacto, maiores natu, quos una
cum pueris mulieribusq; in æstuaria, ac paludes collectos
dixeramus, hac pugna nuntiata, cum uictoribus nihil im-
peditum, uictis nihil tutum arbitrarentur, omnium qui su-
pererant consensu, legatos ad Cæsarem miserunt, seq; ei
dederunt. Et in commemoranda ciuitatis calamitate, ex
sexcentis, ad treis Senatores: ex hominum millibus sexa-
ginta, uix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese re-
dactos esse dixerūt. Quos Cæsar, ut in miseros, ac suppli-
ces, usus misericordia uideretur, diligētissime cōseruauit,
suisq; finibus, atque oppidis uti iussit, & finitimis impe-
d 3 raliit,

Neruij uicti,
Cæsari se dedūt,

Aduatici.

rauit, ut ab iniuria, & maleficio se, suosq; prohiberent. Aduatici (de quibus supra scripsimus) cū omnibus copijs auxilio Neruijs uenirent, hac pugna nuntiata ex itinere domum reuerterunt, cunctis oppidis, castellisq; desertis, sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusq; haberet, una ex parte leniter accliuus aditus, in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur. Quem locū duplici altissimo muro munierant. Tum magni ponderis saxa, & præacutæ trabes in muro collocarant. Ipsi erant & Cimbris, Teutonisque procreati, qui cum iter in prouinciam nostram, atq; Italiam facerent, his impedimentis, quæ secū agere, ac portare non poterant, citra flumē Rhenum depositis, custodiæ ex suis, ac præsidio sex millia hominum unā reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos à finitimis exagitati, cum aliās bellum inferrent, aliās illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hūc sibi domicilio locum delegerunt. Ac primo aduentu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebāt, paruulisq; prælijs cum nostris contendebāt. Postea uallo pedū xii. in circuitu, x v. millium, crebrisq; castellis circummuniti, oppido sese continebant. Vbi uineis actis, aggere extructo, turrim constitui procul uiderunt, primū irridere ex muro, atq; increpitare uocibus, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur. Quibus nā manibus, aut quibus uiribus præsertim homines tantulæ stature (nam plerūq; omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est) tanti oneris turrim in muros sese

Galli Italii
procaciores.

se collocare considerent. Vbi uero moueri & appropinquare moenibus uiderunt, noua atq; inusitata specie commoti, legatos ad Caesarem de pace miserunt. Qui ad hunc modum locuti: Non se existimare Romanos sine ope deorum bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promouere, & ex propinquitate pugnare possent. Se, suaq; omnia eorum potestati permittere dixerunt. Vnum petere, ac deprecari, si forte pro sua clementia, ac mansuetudine, quam ipsi ab alijs audissent, statuisset, Aduaticos esse conseruandos, ne se armis dispoliaret. Sibi omnes fere finitimos esse inimicos, ac suæ uirtuti inuidere, à quibus se defendere traditis armis non possent. Sibi præstare, si in eum casum deducerentur, quamuis fortunam à populo Romano pati, quam ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari consuessent. Ad hæc Caesar respondit, se magis consuetudine sua, quam merito eorum ciuitatem conseruaturum, si prius, quam aries murum attigisset, se deditissent: sed de conditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis. Se id, quod in Neruios fecisset, facturum, finitimisq; imperaturum, ne quam dedititijs populi Romani iniuriam inferrent. Re nuntiata ad suos, illi se, quæ imperarentur, facere dixerunt. Armorum magna multitudo de muro, in fissam, quæ erat ante oppidum iacta, sic ut propè summam muri, aggerisq; altitudinem acerui armorum adæquarent. Et tamen circiter parte tertia (ut postea compertum est) calata, atque in oppido retenta, portis patefactis, ea die pace sunt usi. Sub uesterum Caesar portas claudi, militesq; ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani

Aduaticorum
deditio.

d 4 à mili

Rebello ac erup-
tio Aduaticorum.

Oppidi Aduaticorum excidium.

P. Crasso ciuitates maritimae se dedunt.

à militibus iniuriam acciperent. Illi ante inito (ut intellectum est) consilio, quod deditione facta, nostros praesidia deducturos, aut deniq; indulgentius seruatuos crediderant, partim cū his, quae retinuerāt, et calauerant armis, partim, scutis ex cortice factis, aut uiminibus intextis, quae subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant, tertia uigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur, omnibus copijs repente ex oppido eruptionē fecerunt. Celeriter (ut ante Caesar imperauerat) ignibus significatione facta, ex proximis castris eō cōcursum est, pugnatumq; ab hostibus ita acriter, ut à uiris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco cōtra eos, qui ex uallo, turribusq; tela iacerent, pugnari debuit, cū una uirtute omnis spes salutis cōsisteret. Occisus ad hominū millibus quatuor, reliqui in oppidū reieceret nemo, atq; intromissis militibus nostris, sectionē eius oppidi uniuersam Caesar uēdidit. Ab his, qui emerāt, captū numerus ad eū relatus est milliū quinquaginta triū. Eodē tempore à P. Crasso quē cū legione una miserat ad Venetos, Vnellos, Osifinos, Curiosolitas, Sesuuios, Aulercos, Rhedōnes, quae sunt maritimae ciuitates, Oceanūq; attingūt, certior factus est, omnes eas ciuitates in deditionē, potestatemq; populi Ro. esse redactas. His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est uti ab his nationibus quae trās Rhenū incolet, mitteretur legati ad Caesarē, quae se obsides daturas, imperata facturās, pollicerentur. Quas legationes Caesar, quod in Italiam, Illyricumq; properabat, inita proxima

proxima astate, ad se reuerti iussit. Ipse in Carnutes, Andes, Turones, quæ ciuitates propinque his locis erant, ubi bellū gesserat, legionibus in hyberna deductis, in Italiā profectus est. Ob easq; res ex literis Cæsaris dies xv. supplicatio decreta est. Quod ante id tēpus acciderat nulli.

C. IULII CAESARIS
COMMENTARIORVM
DE BELLO GAL-
LICO LIBER
TERTIVS.



VM IN Italiam proficisceretur Cæsar, Seruium Galbam cū Legione duo, Seruius Galb.
decima, & parte equitatus in Antua-
tes, Veragros, Sebunosq; misit, qui à fi-
nibus Allobrogum, & lacu Lemano, et
flumine Rhodano ad summas alpes pertinent. Causa mit-
tendi fuit, quòd iter per alpes, quò magno cum periculo,
magnisq; portorijs mercatores ire consueuerant, patefie-
ri uolebat. Huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in
ijs legionem hyemandi causa collocaret. Galba, secundis
aliquot prælijs factis, castellisq; compluribus eorum expu-
gnatis, missis ad eum undiq; legatis, obsidibusq; datis, &
pace facta, constituit cohortes duas in Antuatibus collo-
care, & ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in ui-
co Veragrorum, qui appellatur Octodorus, hyemare. Octodurus.
Qui uicus positus in ualle, non magna adiecta planicie,
altissimis montibus undiq; cōtinetur. Cum hic in duas par-
tes flumi